Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36485
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Si autem illud est uerum qd totus homo ex toto homine propagatur
id est corp. anima. et spe. ibi ppe dictum est in quo omnes peccauerunt
homines. hic autem tropice ex uno sanguine totum significat apostolus et
id est totus homo qui ex anima constat et carne. et potest ut iste
amat loqui ex anima et spu. et carne. Nam et ex parte totum et
ex toto parte diuina eloquia solent significare consuerunt. Ex parte
enim totum significatum est. ubi legitur. ad te omnis caro uenet. quia
ex carne intelligitur totus homo. ex toto autem pars. cum dicit xpc
sepultus. cum sola ei caro sepulta sit. Iam illud qd in hoc usu
momo apli positum est. qua ipse dat omnibus unitas et spiritu. secdm
superiorem disputacionem puto qd nemine mouent. Ipse enim
dat. S; ad huc querimus unde det. utrum ex noua insufflatione
an ex propagine. Ipse enim quippe dare eam carnis substantiam
rectissime dicitur. qua tam dare ex propagine non negatur. Nunc
uideamus illud de genesi testimonium. ubi facta mulier de latere
uiri. adducta est ad eum et dixit. Hoc nunc os de ossibus meis
et caro de carne mea. Hoc quippe iste putat qd dicere debuerit
adam. anima et anima mea et spe de spu meo. si eam hoc de illo tractum
esset. S; illi qui propagine asserunt animarum. hinc se putant
inuictus sua munire sententia. quia cum scriptum sit detraxisse
dm costam de latere uiri eamq; edificasse in mulierem. non est ad
dictum qd mei faciem sufflauerit flatum uitae. Ideo inquiunt
quia iam de uiro fuerat animata. Nam si non fuisset. nequaquam
nos inquiunt. sca scriptura hui rei cognitione fundasset. Ad illud
ui qd ait adam. hoc nunc os et ossibus meis et caro de carne mea.
nec ait spe et anima. de spu meo et anima de anima mea. Sic ab eis
responderi potest. quemadmodum superius monstratum est. in apostolus et
totum intelligitur. hoc dictum. os et caro mea. si quis animata
fuerit detracta non mortua. Neq; enim hoc omnipm facere potuisset
ideo negandum est. quia nullus hominum potest aliquid cum
anima de humana carne precidere. Nam qd adam secutus